Si aũt hoc queritur vñ habeat ꝑfis forma q̃ põt oim precedentiũ formaz ptãtes operari: dicendum videt q̃ habet a tribus quoꝝ vnum eſt ipſa ꝑfia ordinis: nõ enim eſt ꝑfis niſi q⁹ exiuit a precedẽte: ⁊ ideo potestas precedẽtis põt in ea. Alia cauſa eſt: quia licet ſit cõſequẽs intellectũ: tamen eſt vicinior bm eẽ prime cauſe. Intellectus ei vicinior ẽ prime cauſe q̃ ſit ſenſus: ⁊ ſic habet in ſe plures bonitates ⁊ nobilitates quibus accedit ad conformitatez prime cauſe ⁊ p illas boitates plura põt q̃ aliqua alia eẽntia vel forma. Tertia cauſa eſt quia ẽ imaterialior ⁊ ſimplicior ⁊ ſepatior ſemp ꝑfis q̃ precedens: ⁊ ideo i plura põt q̃ añcedens ipſaz: dico aũt ſimplicior bm eſſe ⁊ ñ bz rõez qm̃ bz rõez forte ẽ ecõuerſo q⁹ ꝑcedẽtes forme cadũt in ei⁹ diffinitiõe: ⁊ õ bz rõem ſunt ante eaz ⁊ ſimpliciores ea ⁊ hec tria ſimul iuncta dicũt verã cauſã: quia vnica exñs ſequẽs in plura põt q̃ añs. Et ſi forte aliqs obiciat q̃ diffinies ⁊ rõe prius eſt diffinito: ⁊ ſimplicius bm eſſe ⁊ naturaz dicendum q̃ hoc eſt verum bm cõem naturã que inenitur in plurib⁹: ſed nos hic vocam⁹ bm eſſe ſimplicius ⁊ prius: qđ in eſſe ſimplicius eſt ⁊ prius: ⁊ non dubitam⁹ qn intellectus bm eſſe ſimplicior ſit q̃ ſenſus licet cõior natura ſit ſenſus q̃ intellect⁹ hec igitur eſt cauſa q̃ nulla iſtarum formarum cõpoſita ẽ: ⁊ tñ i plura põt vna q̃ alia. Si aũt dicatur q̃ habet potẽtias naturales i ſe ipſa ſic componit ex ſeipſis dicim⁹ q̃ hanc ſolam habet cõpoſitiõem: ſed illa nõ repugnat ſimplicitati forme. Recti eni formaz dicit in mathematicis: ⁊ recto cũ multa accidũt vt ꝓprie paſſiones ipſi⁹ ⁊ potẽtie naturales eius ⁊ tñ ſimplicitati ſue nõ ꝓiudicant: q⁹ ſunt poſt ſuã eẽntiã: ⁊ fluunt ab ipſa ita ⁊ iſta poſt eſſe aie ſunt ⁊ fluunt ab ipſa ⁊ ideo nõ tollunt eius ſimplicitatẽ. Ex dictis igit patet q̃ nõ ſufficit aſſignaſſe cõem aie diffinitiõem niſi ꝓpriã bm quãlibet ei⁹ ptãtem aſſignemus: ꝑ quã ſciãt ea q̃ accidunt ei bz ptãtes illas. Oportet igit ſcire q̃ ſit vni⁹cuiuſq; aia vt q̃ bois: q̃ beſtie: ⁊ que plante: q⁹ ſicut diximus ſenſitiuũ nõ ẽ ſine vegetatiuo licet ecõuerſo vegetatiuũ a ſenſitiuo ſepetur vt in plantis apparet. Itez autem ſine tactu non habet aliquis aliorum ſenſuũ: tactus aũt ab aliqs ſepatur: q⁹ multa de numero aialium neq; viſum neq; auditum neq; oderatũ ſenſum habent: ſz tactum ſolũ ⁊ guſtum bm q̃ eſt quidã tactus ⁊ cum ſenſitiuo ꝓncipio vite. Quedã etiaz habẽt bm locũ motũ ⁊ quedã nõ bñt ipſuz vltimũ aũt qđ eſt finis ⁊ paucoꝝ aialiũ habent quedã intellectũ: ⁊ multa nõ habent. Homo enim ſol⁹ habet in genere mortaliũ niſi bm platonicos iueniat aliqđ intellectiuũ mortale boie digni⁹ ⁊ qb⁹cũq; ieſt intellectus inſũt ⁊ añcedentia oia ſz nõ conuertitur. Quibuſdam eni ineſt ſol⁹ ſenſus ⁊ quedã cũ hꝫ habẽt imaginatiõem ⁊ q̃daz cũ bis memoriam: ⁊ quedã cũ bis exꝑimẽtum ⁊ arte ſicut boies. De ſpeculatiuo autẽ intellectu altera ratio eſt: quia ſepatus ẽ ⁊ magis ꝓprie ſepatorum q̃ mortaliuz. Sz tameu in tertio de ipſo erit tractandũ ⁊ videndum quid ⁊ quorum ſit. Sed ex dictis

maifestū ē q promptissima erit ratio anie q̄ cognoscit quid est bonū vnumqō.

Tractatus scōus scōi libri de aia i quo agitur de potentijs anime vegetabilis sigillatim t primum de ordine pcedēdi t quot sint t que potentie aime vegetabilis.

Necessarium autē est ei qui debet determinationem facere de istis vt accipiat primū quid est vnumqō eorū que dicta sūt Sed antequam hoc fiat oportet vt adhuc queramus vtrum sensitiuū intellectiuū t vegetatiuū sint vna substātia in homine vl plures. Videtur enī q plures q3 corruptibilis t incorruptibilis non est substantia vna. Intellectiuū aūt est incorruptibile t sensitiuū t vegetatiuū sunt corruptibilia ergo ipsoz nō est substātia vna. Adhuc autē sepabilis t isepabilis nō est substātia vna ergo cum intellectus sit sepabilis t sensus t vegetatiuū nō sint sepabilia ipsorum non est vna t eadē substātia. Adhuc ād quorū actꝰ eētiales differētes sūt ipsorū sunt eētie differētes: sed sic differūt actꝰ isti vegetare sentire t intelligere: ergo vegetabilis sensibil t intellectualis non sūt vniꝰ t eiusdem substātie. Hāc autem questionē pluribus iam vicibus tetigimus t determinauimꝰ t ideo adhuc dicimꝰ q hec tria in homine sunt vnius substātie: que q3 eleuatioꝝ ē q̄ alie ꝓpter hoc plura opat: t plura habet principia vite ad exercēda opera vite. t ideo iste tres potentie sunt vnius substātie in hoīe: t q dicit q corruptibile t incorruptibile non sunt vnius substātie: h est verū si corruptibile t incorruptibile est aliquid hꝫ substātiā. Si aūt corruptibile t incorruptibile dicūtur bm operatiōem: tunc nihil phibet ab eadē substātia fluere potētias duas quarū vna est corruptibilis: t altera incorruptibilis eo q vna est coniuncta corpori: t altera non: sicut ab vna substātia sepata diximus superius fluere potētiā cōiunctā cū corpe t non cōiūctam. Superior enī eētia eo q est superior pōt in oēm operatiōem inferiorē t per hoc patet determinatio obiectorum. Dicamus igitur sicut superius incepimus dicere: q ei qui debet facere determinatiōem certaꝫ de premissis q necessarium est ei accipere quid vnūqō3 istoz est per ratiōem diffinitiuā: t postea per rōnem illam oꝫ eum determinare de habitis qui ꝓsequūt sicut accīa per se sicut est sepabile eē: vel ñ eē sepabile a corpe: t hmōi q̄ accidūt potētijs aie t de alijs quecūq3 sūt determinānda ex ipsis autē congruit dicere quid vnūqō3 istorum est per diffinitiuam rōem anteq̄ sciamus de toto eo q ptes p̄ ores sunt quo ad nos: tūc eadē rōne prius oportet determinare de actibus istaruꝫ potentiarū eo q actus p̄ij sunt potētus quo ad nos bm rōem licet simpliciter t bm esse potentie sint priores actibus: per eandē autem rōem adhuc de obiectis prius est determinānduꝫ: q obiecta magis accedūt ad nr̄am noticiaꝫ q̄ actus vel potentie: obiecta enīm sūt que inferūt potētijs passiones t potentie informātur p spēs obiectoruꝫ: t ideo obiecta sūt spēm prebentia actibꝰ. t p actus dant spēm potentijs t ꝓpter hoc prior speculatio est de obiectis quo ad nos: secūda de actibus t tertia de potētijs quo ad nos: prius igitur dicendū de sensibili t intelligibili t postea de intellectu t sensu. Inter autez oēs potētias prius de alimento t generatione dicendum est: vegetatiuū enīꝫ cōius inest aiatis q̄ sensitiuum t intellectiuum: t cōe etiā quo ad nos prius est quem admodum sicut diximus in principio phi corum: vegetatiuū enīꝫ est potentia hꝫ quā omnibus inest viuere: t illiꝰ opera sunt alimento uti t generare. Tria enim habet in se potentia vegetatiua h est nutritiuam t augmentatiuā t generatiuā. Cuius h est ratio quoniā omne qđ generat ꝓpter paucitatē materie ex qua generatur: prius ē imperfectum bm quātitatē t virtus deducens ipsum ad perfectum est augmentatiua cui ōria est diminutiua que surgit ab impfectiōne t potentia eius. Debet autez omne qđ est ex cōtrarijs saluari in esse: t h fit p virtutem nutritiuā. Et indiget diuino esse ptiᵉ pare in sili bm speciem t hoc fit p generatiuā t ideo tres virtutes necessario habet po

tentiam vegetabilis: dicũt tñ duo istoꝝ opera generare ꝛ alimẽto vti: qꝛ ista duo sũt ad substãtiã salnãdam. Alimẽtum quidez ẽm materiã ꝛ indiuiduũ: generare autẽ ẽm spẽm ꝛ formã. Generatiua enim oĩbus inest viuentibus quecũqz sũt de numero naturaliũ ꝛ nõ eternaꝝ substãtiaꝝ ꝛ q̃ sunt pfecta ꝛ nõ impfecta: qꝛ impfectũ in quãtitate ꝓpter hoc q̃ multum necesse habet ponere in substãtia: nihil põt ponere in semie: ꝛ ideo generare infantes ꝛ pueri non possũt ꝛ hanc generatiõem habere p se ꝛ variam est facere tale alterum in indiuiduo ꝛ idez in spẽ quale est ipsuz generãs: ꝛ facit h̃ qõ est perfectum vt diximus ꝛ nõ occasionatũ sicut mõstra sunt ꝛ quecũqz nõ casu generãtur: vt peccata nature que sunt mõstra sicut diximus in scõo phĩcoꝝ. Habẽt aũt generatiõem variã precipue ea quoꝝ vltimum posse generatio est sicut vegetatiua qꝛ generãt ex se radices ꝛ virgas ꝛ ramos ꝛ folia In hac autem varia generatiõe: semp generans facit tale alterum quale est ipsuz vt virga quidem virgam aial autez aial. Causa autem est quatenus diuino esse pticipent quãtum possũt: qõ est sempiternũ eẽ: omia eni illud perpetuũ esse optant: ꝛ illi9 causa agunt quicquid agũt ẽm naturaz. Sicut ei diximus in ce. ꝛ m. similitudinẽ diuini esse quedã pticipãt sine motu: ꝛ quedaz cũ motu: ꝛ eoꝝ que mouent: quedã reiterant eodez numero: quedã eadẽ spẽ ꝛ sic diximus i fine de generatiõe: ꝛ corruptione. Quedã aũt reiterant eadem spẽ non numero: sicut generabilia ꝛ corruptibilia. Id aũt qõ est causa finalis cuius causa fit id quod fit: dupliciter dicitur: h̃ quidem cuius causa fit qc quid fit ad illud. Aliud ãt ẽ quo res est id qõ est ꝛ h̃ est cã formalis. vnde esse ppetuum causa finalis ẽ generatiõis sicut ei9 cã fit tota successio generationis ꝛ quã nõ ꝺsequitur nã vna generatione sed p totã ꝛ infinitã generationis successionẽ. ꝛ iõ boc ẽ tm e9 cã fit qcqd fit ẽz nãz. forma autẽ dans eẽ generato est finis quẽ ꝺsequit nã p vnicaz generationẽ ꝛ boc ẽ finis in quo quiescit actus vnius pticularis generãtis: sicut i quo est esse eius qõ generatur: quia forma dat eẽ generato. Et qꝛ generabilia cõicare nõ possunt esse diuinũ: qõ est ꝓpetuitas esse i seipsis: eo q̃ nihil corruptibilium continue potest manere: cõicant quantuz possunt vt saltim remaneant eadem spẽ: ꝛ tunc remanent quidem nõ vnũ sed vt vnũ. Numero eni nõ vnum pmanẽt sed spẽ vnũ ꝛ ideo sic prediximus esse diuinũ quedã pticipãt pl9 ꝛ quedam minus vnumqõqz sicut potest.

Capitulũ scõm qualiter aia est viuentis corporis causa ꝛ principium.

Est autem anima viuentis corporis cã ꝛ p̃ncipiũ. Causa autẽ ꝛ p̃ncipiuz tripliciter dicũtur aia autẽ est viuẽtis corporis causa ꝛ p̃ncipiuz ẽm tres modos determinatos in secũdo phĩsicoꝝ. Est enim anima causa efficiẽs vnde est motus corporis ꝛ ipa est etiã causa finalis ꝓpter quã ẽ corpus ꝛ ẽ causa formalis sicut ẽa dans eẽ aiato corpori. Oẽ enim sit causa formalis sicut substãtia animati corporis manifestũ ẽ. viuere ei viuẽtibus ẽ esse quia viuere ẽ actus anime in corpus ꝺtinuus sicut supra diximꝰ Cã ãt formal' ꝛ p̃ncipiũ viuẽtiũ in eo q̃ viuunt ẽ anima cũ animatũ ab inanimato determinetur in viuendo sicut supius patuit. Amp̃. autẽ eius q̃ potẽtia est viuens boc ẽ qõ ptãtem habet exercendi opa vite actus est ratio. Actus enim qui est cõplemẽtum est rõez ꝛ esse dãs ei qõ põt opari opa vite sicut supza ꝓbatũ est p̃ma in diffinitiõe aie Cõstat ãt q̃ actꝰ potẽtia vitã bñtis est aia: ergo rõ ei9 est ꝛ forma: ex istis igit duab9 rõnib9 ꝓbat esse p̃ncipiũ ꝛ cã corpis sicut forma ꝛ substãtia eius. Manifestũ est aũt q̃ ipsa ẽ etiã cã finalis q̃ ẽ cã ꝓpter quã est quicqd ẽ: ꝛ ꝓpter quã fit quicquid fit. Sic ei itellect9 practic9 i mechanicis ẽ ꝓpter finẽ determiatũ ꝓpter quẽ mouet materiã vt inducat formã artis qõ ẽ bonũ artis illi9: eo q̃ ois ars alicui9 boni ẽ opatrix: sicut faber facit qõ facit ꝓpter cultellũ ꝛ opatũ op9 illud ẽ finis ei9. Eodẽ mõ etiã natura opat ꝓpter finẽ determinatũ quẽ itendit sicut ꝓbatũ ẽ in scõo phĩcoꝝ: ꝛ h̃ est finis nature ꝓpter quẽ opatur. Duplex ẽt finis i aialib9

ē aia. ꝺm naturā enī oia pb̄ica corpa aiata ⁊ organizata ꝓpter aiam ⁊ diuersitas eorum est ꝓpter aie diuersitatē ⁊ hoc ē tam in aialibus q̄z in plantis sicut ⁊ oia instrumēta artis sunt ꝓpter artis finē. Sicut āt supra diximus q cuius cā fit dupliciter dicit ſ. q ē cui⁹ cā fit totuz qō fit ⁊ qō est quo res ē id qō est ⁊ boz exēpla subiecim⁹ superi⁹. Est se ei diuinū ē vnū cui⁹ cā fit quicquid fit: ſz nō quo res est id qō ē: forma aūt ē cui⁹ causa fit ⁊ quo res ē id qō ē ⁊ talis finis ē aia aiati corporis. Sic ergo ꝓbatū ē q aia ē cā finalis. At vero ipa est etiaz efficiēs cā vñ ē motus corporis aiati. Nihil enī mouetur ex se ꝺm locum nisi ab aia: Si aūt aliqs dicat q nō oibus viuētib⁹ cōuenit iste motus dicem⁹ q etiā alteratio ⁊ augmentū sūt motus ab ania in corpe vno exītes: sens⁹ enī quedā alteratio esse videt ⁊ nihil sentit nisi qō habet aiam. Similiter aūt oi vino cōuenit augeri ⁊ minui. Nihil aūt augetur ꝓprie nisi qō aliter ꝓprie: ⁊ nihil aliter ꝓprie qō nō pticipat aiaz: ergo ad minus vñ est motus augmenti in omni corpore vino ē aia qō quidē corpus pticipat aiam. Erit igit aia tripliciter cā aiati corpis: eo q tres dicte cāe in vnā rez concidunt sicut in scō pb̄icorum ꝓbatū est. Materialis aūt esse non pōt: qz materia nūq̄z cōcidit in eandez rem cum alijs causis.

Capitulū tertiū de improbatiōe erroris empedoclis circa motū ⁊ causā nutrimēti.

Empedocles aūt loquēs de motu nutrimenti ad ptes ⁊ mēbra ei⁹ qō alitur nō bñ dixit addens dicis suis augmtū accidere plātis deorsū qdē ꝓpter id qō terra sic fert naturaliter deorsū: sursuz āt ꝓpter ignē qui mouet sursū. Et fuerūt rōes inducentes Empedoclē precipue tres quarum vna est qz videbat motum nutrimēti eē naturalē: ⁊ naturalē habere finē determiatum in natura: tractū aūt esse motū violentum sicut manifestū ē ex. vij. pb̄icoꝝ. Et ideo ne diceret nutrimētū trahi ad membra per vtutem mēbroꝝ: dixit q naturaliter mouetur ad illa per naturalē motū elemētoꝝ q̄ ꝓmixta sunt in alimēto. Alia vero rō ē qz videmus elemēta per aliquē suū actū remanere immixta ⁊ ideo dicebāt q etiā suos motus naturales retinebāt. Tertia rō fuit qz in oi aiato: videbat mēbra inferiora bēre nutrimētuz grossum ⁊ terrestre: supiora aūt habere alimētū subtile ⁊ calidū. Similiter aūt in senib⁹ in quib⁹ deficit calor videbat inferiora mēbra plus nutriri q̄z supiora: ⁊ i iuuenibus in quibus ē multū calidū mēbra supiora plus nutriri q̄z iferiora: qz in eis calor ignis multā ad se trahit materiaz. ⁊ illa multiplicata multū eleuat sursum ⁊ paruz deorsum. Eadez aūt cā est q in mulierib⁹ mēbra inferiora mltū augent sicut crura ⁊ nates: ⁊ mēbra supiora habent gracilia sic brachia ⁊ humeros qz frigiditas vincens i eis ingrossat nutrimētuz qō ponderositate sua trahit inferius: videbat nihilomin⁹ i oi nutrimento dñari aquā ⁊ terrā ⁊ ideo putabat hec non moueri sursuz: nisi prius cēnt cōuersa in ignē vel ignita. Hec igit fūt que induxerūt empe. Erabat āt Empe. dupliciter: vno quidē mō q nō bene accepit intentiōem eius qō est superi⁹: ⁊ intentionez ei⁹ qō est inferius: qz nō idem est sursum ⁊ deorsū aiati corpis ⁊ mūdi qz in mūdo sursum ⁊ deorsū differūt ⁊ opponūt situ tantū sed in corpibus aiatis differūt figura membroꝝ ⁊ officio. In omni enī aiato dicimus q caput est supius corporis eius ⁊ iñ videmus q bestiarum caput ē ꝓnū in terrā ⁊ iñ rectum nisi soli⁹ bois: sicut ouidius dixit de deo q os boi sublime dedit celum qz videre iussit ⁊ erectos ad sydera tollere vultus Si ergo sic figura ⁊ officius in corpibus aiatis distinguūt sursū ⁊ deorsū: tunc cū plāta radices habeat oi aialium ꝑ officiuz silues radix erit in plantis sursum ⁊ rami deorsuz qz non idē erit sursum ⁊ deorsum qō in mūdo est sursū ⁊ deorsum: qz sicut dixim⁹ positiōes iste i corpibus aiatoꝝ dicūt eedē vt si miles diuerse ꝺm opa ⁊ nō ꝺm situm mūdi Adhuc etiā si cōcesser⁹ Empe. q idez sit mundo superius ⁊ corpibus aiatis: nos videm⁹ q quelibet ps nutrimēti ferē in ɔria loca: qz ferē sursum ⁊ deorsum vbicūq̄z sūt mēbra: talis enī motus non pōt eē a vtute

elemẽtali. Si enim illa sint simplicia habebunt motus simplices. Si autẽ composita ꝓualebit motus dñantis i mixto: oz igit̃ q̃ motꝰ iste sit ab alia virtute que nõ ẽ elemẽtalis neqz ꝓpꝛis cõmixtiõez elemẽti: hãc ãt virtutẽ vocamꝰ aiaz ergo erit ab aia. Aliter ei euellerẽt a se inuicẽ que in cõtraria loca ferunt ⁊ prevaleret dñans elemẽtũ: vlr autẽ nunq̃z euellũtur q̃n diu viuit plãta vel aiatum: continens igitur ea non est elementalis virtus ⁊ banc vt diximus vocamus animam.

Rõnes aũt mouentes empe. nõ sũt difficiles ad soluendũ. Ostendimꝰ enim in .vij. phĩcorum duplicẽ eẽ tractũ. vnũ quidez in quo trahens ꝓ virtutẽ que oio extriseca est trahit id qõd trahit ⁊ tractus iste est violẽtus Alius ãt est q̃n trahens aliqd sue virtutis generat in tracto que virtus innata in tracto facit ipm moueri ad trahens sicut trahitur ferrũ a magnete ⁊ h tractus est naturalꝫ sic trahit cibus ad mẽbra eo q̃ virtus mẽbri generat in cibo que agente in se mẽbro cõtinue reducit ad actũ ⁊ ꝓ illã alimẽtũ movet ad mẽbrũ sicut ad locũ sue forme ⁊ spẽi in qua cõplemtum accipit illiꝰ virtutis que generata est in ipo ꝓ actiõem aie que ẽ actꝰ membroꝝ. Cum aũt hec virtus nõ sit elementalis sed aie que est actus mẽbrorum cõstat q̃ naturaliter movet vel potiꝰ si ita licet loqui aialiter movet ad mẽbra ⁊ nõ ꝓ virtutẽ aliquã elemẽtalẽ. Et q̃ dicit elemẽta aliqualiter remanere i mixto cibo non iuuat ad sue opiniõis assertiõem: qz elemẽta materialia efficiũtur: ⁊ virtus aie alimẽtuz assimilãs efficit formalis ⁊ movẽs. Q̃ ãt dicit grossius ⁊ terestriꝰ eẽ nutrimẽtũ inferiorũz mẽbroꝝ nõ generaliter est verũ. Mẽbrorum enim terrestrium sicut sunt ossa nutrimentũ est terrestre: ⁊ mẽbrorum aquaticoꝝ sicut ẽ cerebrũ: nutrimẽtũ est aquaticũ ⁊ ossa sũt superius ⁊ inferius corpe: cerebrũ tãtũ superius. Sed verũ ẽ q̃ i senibꝰ ⁊ i mulieribus frigidis plus nutriũt inferiora mẽbra q̃z supiora ꝓpter caloris defectuz: qz calor est instrumentũ aie ⁊ deficiẽte instrumẽto: aut nulle fiunt opatiõe artis aut nõ bene fiunt: sed ex hoc nõ ꝓbat̃ q̃ fiat nutrimẽtũ virtute elemẽtali: sed potius virtute aie ex aliquo defectu instrumẽti qz ꝑm empe. nihil deberet de nutrimẽto in talibꝰ ferri sursum sed totũ deorsuz. Sic igit̃ ꝑz q̃ non vere dixit empedocles.

Capitulum quartum de improbatione erroris eorum qui dicunt augmentum ⁊ alimentum fieri per virtutem ignis.

Sunt autem quidam qui non omniũ elementoꝝ virtute fieri dicebant alimentum: sed virtute ignis tantum: ⁊ similiter augmentum cuius assignabant rationem: quia ignis solus inter omnia coꝛpoꝛa ⁊ alitur virtute ꝓpꝛia ⁊ augmentatur. Alitur enim inquantum educit subtile humidum de calefactis ⁊ conualescit ⁊ sustentatur in ipso: augetur autem inquantum incrementum accipit sue quantitatis per appositionem cremabilium: ⁊ propter hoc dicunt q̃ ignis etiaz hec duo in omnibus operat animatis. Et hi quidem adhuc a lijs duabus rationibus sunt inducti quarum vnam esse dicebant: quia videbant ignem non nutritum perire per continuã sue materie perditionez. Euolant enim ascendendo semper materiales partes ignis. ⁊ contendunt superius. Cum igitur sic continue deperdatur indiget deperditi restauratione. Non autem deperditum restauratur nisi per nutrimentum oportet igitur q̃ ignis nutriatur. Si quis autem eis dixit q̃ ignis naturaliter moueꝛur sursũ ⁊ ideo partes sue materiales euolant ex ipso naturaliter dicebant hoc esse non posse ꝓpter hoc q̃ nihil coꝛrumpit seipsum: nec naturaliter intendit suipsius coꝛruptionem. ignis autẽ coꝛrumpitur per hoc ⁊ destruitur q̃ paulatim euolant ex ipso partes materiales sue ergo non naturaliter emittit eas: sed per aliquid coꝛrumpẽs: erit igitur etiam naturale nutrimentũ ipꝝ saluãs ⁊ deperditũ restituẽs. Alia aũt ratio istoꝝ fuit: qz dicebãt augmẽtũ fieri ꝓ hoc q̃ addit̃ aliud coꝛpꝰ intrãs in poꝛos eiꝰ qõd augeꝛ ⁊ nihil esse ita poꝛosum

sicut ignē, ꝓpterea q̄ siccissim⁹ est ⁊ ꝑspicu⁹ ex siccitate etiā ꝛtinet poꝛos: ꝑspicuitas aū multitudinē oñdit poꝛoꝝ. Hec aūt ñ sunt vera in toto. veꝝ quidē ei est nō fieri alimē-cū sine caloꝛe ignis: sed caloꝛ ille instrālis ē ⁊ nō ꝑmū efficiēs: ⁊ iō est cōcausa ⁊ non cā ꝓncipal'. Opal eni in alimētū nō spēs ignis sed spēs viui coꝛpis ⁊ vītatis aie: sicut supi⁹ dixim⁹: ⁊ iō nō alterat ad spēz ignis sz carnis vel ossis: q̄ sūt spēs oꝛganoꝝ aie. Cui⁹ signū est: q; augmētū ignis in q̄ztitate ínterminatū ē. tm̄ ei auget: q̄ztū ē cremabile appositū igni. Sed oim aiatoꝝ q̄ ꝛstāt in figura ⁊ q̄ztitate certa est q̄ztitas in q̄ salual' forma illi⁹ spēi: ⁊ est rō magnitudinis i maꝛio ⁊ in mīmo in q̄ stat: ⁊ ex quā nō saluat' spēs ⁊ augmētū habet terminū quod est q̄ztitas oꝛganoꝝ q̄ sufficit opatōib⁹ virtutū ⁊ potē-tiarū: ergo aliud est ꝓncipiū augmēti in aiatis q̄z sit virt⁹ ignis. hāc aūt vocam⁹ aiam q̄ talē ponit augmēto suo terminū. h ei magz sunt rōis: h est forme q̄ dat esse ⁊ rōnem q̄z māe: h est q̄z alicui⁹ vīrtz mālis vel coꝛpee sicut est caloꝛ ignis. Alia aūt rō q̄ auicē-na improbat sniam istā est: q; ignis quādo nutrit ⁊ auget: nō nutrit ⁊ auget nisi se. ꝑm. aia aūt vegetabilis: neq; nutrit: neq; auget seipam: sed pot⁹ coꝛp⁹. Ratiōes aūt quas inducūt nō difficile est soluere. dicim⁹ ei q; ignis nō ꝓpe nutrit neq; auget. Ad ei qd̄ ꝛuertit in ignē: ñ ingredit i ignē: neq; ingredit in ipm vt cuilibet pti addat ⁊ vnat' sed diffundit' ignis ꝑ generatōem forme ignis in mā aliena. Et qd̄ dicūt q; attrahit sbtile humidū ex cremabilib⁹ ⁊ q; illo cibat': dicē-dum q; nō ad hoc attrahit vt illo cibet': sed potius vt in illo generet' tanq̄z in ꝑma mā. Nō enī attrahit nisi q; calefacit ⁊ sbtilizat: ⁊ tūc caloꝛ facit ipm ebulire ad supficiē coꝛ-poꝛis: cui⁹ illud fuerat humidū: ⁊ ibi fumat ⁊ fit flamma. deberet aūt attrahi in oēs partes ignis anteq̄z inflāmaret si esset nutrimē-tum ignis. patet igit' q; illud est ꝓpe genera-tio ignis ⁊ nō nutrimētū. Qd autez dicūt in igne fieri depditonem ꝑm mām: dicendu; q; accidit igni inq̄ntū est in loco alieno. ꝑ hoc enī materie ptes pl⁹ igni ſimiles evolāt intendēres ire ad locū ꝓpium: sed exiguūt ab aere circunstāte: ⁊ sic fit cōtinua ignis de-pditio: neq; intendit ꝑ hoc suā corruptōem sed pot⁹ meli⁹ saluari ⁊ cōualescere in loco ꝓpio: ⁊ sic fieret si nō impediret: ⁊ ideo ñ intēdit ignis ꝑm nām restaurare illud dep-ditum: sed pot⁹ per inflammatōem multi-plicare suā spēm in materia aliena sic dixi-mus. Qd aūt obiciūt de poꝛis ⁊ vacuo oñ-dim⁹ nihil esse in ꝓmo de genera. ⁊ corrup. Exclusis autez sic falsis opionib⁹ ⁊ erroꝛi-bus antiquoꝝ: loq̄mur de q̄libet potentia vegetabilis anime: ostendēres que sit que-libet ipsarum: ⁊ quam habent ad inuicem: ⁊ ad animā vegetabilem ꝓpatōnem.

Capitulum quintuꝫ de alimento quod est obiectum nutritiue ⁊ vegetatiue.

Quoniam autem hec potentia ani-me quam vocamus nutritiuam est vegetatiua indiuidui generati-na per multiplicatōem indiuiduoꝝ in spe-cie: oꝛ nos ꝑm predictā doctrinā pl⁹ loq; de nutrimēto. Qpe ei qd̄ est alimēti op⁹ deter-minatio fit circa alias potētias aie vegeta-bilis: eo q; augmētatiua ⁊ gnātiua opatōez quādā alimēti recipiūt. Est igit' alimētum q̄si obiectū vnū trib⁹ potētijs aie vegetabil' preuiū. Primū autē quod de alimēto que-rendū occurrit est: virū alatur cōtrariū con-trario: vel simile simili. Videt' eni quibus-dam q; cōtrariū alat' cōtrario: sed nō omne cōtrariū alit' a quocūq; cōtrario: sed solum illo cōtrario alit' aliqd ꝛtrariū q̄n ꝛtraria ñ solū gnāri possibile ē ex alterutris: sed etiā augmētari vnū ex alio. Multa enī gnānt ꝛtrarioꝝ ex alterutris: nō tn̄ oia ꝛtria fiūt ex oib⁹ sic dixim⁹ in li. pdicoꝝ: ⁊ eoꝝ q̄ gene-rant' ex inuicē nō oia augēt se inuicē: sic q̄n sanū generat' ex laboꝛāte: nō augetur neq; alitur vnuz ex alio: ⁊ vt vniuersaliter dicat' cum ꝛtraria sint que sunt potētia ⁊ act⁹ ad inuicem in generib⁹ omnibus: ea que sunt vnius generis contraria generant' ad inui-cem: sed nō augetur neq; alitur vnū ex alio nisi sint ꝛtraria i genere sbstātie tm̄ accepta

Jn illis vnū eni ſbaliter pōt ꝺuerti in ſbaz alteri⁹: ⁊ ideo vnū pōt alere ⁊ augere alterz Sz adhuc obſeruādū eſt: ꝙ neqz illa eodē mō ſe bñt ad inuicē ꝙ ſcilz vtrūqz alat reliquū ⁊ ecōuerſo: ⁊ h ſcim⁹ ex dictis antiquorū: qui ꝺixerunt de ſimplicib⁹ corpib⁹ ꝙ aq̄ alit ignē: ⁊ nō ecōuerſo ignis alit aquā. ⁊ lz falſa ſit eoz ſuppō: tñ vtiſſima ratiōe fuerūt inducti. Videbāt eni ꝙ nihil aliud alit niſi qđ recipit ſpēm ⁊ formā ei⁹ qđ alit ab ipſo Humidū aūt inter oia pma ſolū videbant facile recipe formas ⁊ ſpēs aliorū corporū que ei impmunt: ⁊ ideo ꝺixerūt h ſolū eſſe alimētū. Et hec rō cogit ꝙ omne alimentū oportet humidū eſſe bm actū: licet forte potētia ſit alteri⁹ qualitatis. Videbāt etiam ꝙ omne qđ alit ſpēm ⁊ formā ſuā impmit ei quod alit ipm. Nihil aūt adeo pōt eē ſigillatiuū forme ſue: ſicut calidū ⁊ ſiccū. q⁹ calit dū penetrat: ⁊ ſiccū retinet acumen qđ dat ei calidū: ⁊ ideo ſolū ignē nutriri ꝺixerunt: patz igit ꝙ licet nō verum ꝺixerit in hoc ꝙ aqua alat ignē: tamē cauſa ꝓpter quā illud ꝺixerūt eſt veriſſima: ⁊ ex veritate que ē in dicto eorum iſto accipit ꝙ nō equalit ſe bñt cōtraria adinuicē: quoz vnū alit: ⁊ alterum alit ꝙ vtrūqz. ſ. ab altero ⁊ ali poſſit ⁊ alere reliquuz. Alens eni in eo ꝙ eſt alens oz ꝙ ſit in actu humidū ſuſceptibile forme ⁊ ſpeciei ei⁹ quod alit. Jd aūt quod alit eſt bñs virtutē que formā corpis quod alit ⁊ membroz ei⁹ ſigillat in ipo: ⁊ ideo indiget inſtro quod eſt calor naturalis: ⁊ alys vtutib⁹ ſibi ſubſeruiētibus: de quibus infra dicemus.

Diſtinctio aūtē que eſt inter alens ⁊ id qđ alit inter corpa animata in ſolis ſimplicib⁹ depbendit: ſicut ꝺixim⁹ ꝙ ignis alit ⁊ aqua alit: ⁊ nō ita videt in cōpoſitis ꝓpter qđ cōpoſita ab excellētijs pmarū qualitatū ſunt remota: ⁊ ita nō vident eſſe i actu humida: neqz in actu adeo ſicca ꝙ poſſit ita euidēter habere ꝓpetates alētis ⁊ aliti quēadmodū ſimplicia. Hec aūt que ꝺixim⁹ bñt opionē eo ꝙ quidā videtes alimētuz vniri ei quod alit: nihil aūt vniri alij: niſi qđ ſilitudinē bz in forma ad ipm: ꝺicūt nō augeri vel ali cōtrariū ↄtrario: ſed poti⁹ ſimile ſimili. Alijs aūt de quib⁹ ꝓꝺixim⁹ videbat ali ↄtrarium ↄtrario: tanqz impoſſibile ſit ali ſimile ſibi. Et ꝓ ſe inducūt rationem ꝙ omne alimētū mutat ⁊ decoquit decoctione calidi ⁊ hūidi ſic alimentū omne mutat. Mutatio autez omnis: aut eſt de ↄtrario in ↄtrariuz: aut de ↄtrario in mediū qđ ↄpatū ↄtrario eſt ↄtrarium: ergo nō alit niſi contrariuz contrario. Adhuc aūt omne alimentū patit ab eo qđ alit: ⁊ nō ecōuerſo. ↄtraria autē ſunt que patiunt ab inuicē. patit ei decoctōem ⁊ aſſimilatōem: cum omnis decoctio ſit cōplexio a nāli ⁊ ꝓpo calore ex cōtraiacētib⁹ qlitatib⁹ aut paſſiōib⁹ ſicut habitū eſt i q̄rto methaurozū. Nō tñ patit id qđ alit ab alimēto: ſic neqz inſtroz dom⁹ aliquid patit a mā ex q̄ fit dom⁹: ſed poti⁹ mā patit ⁊ trāſmutat ab ipo in dom⁹ formā. Jta ⁊ alimētū trāſmutat in formā ei⁹ qđ alit ⁊ nō ecōuerſo. Jnſtructor aūt dom⁹ nō bz mutatōem niſi illā q̄ eſt ex ocio ad agere ſiue act⁹ pmi ad ſecūdū: ſicut ſciētē ꝺicim⁹ mutari q̄n actu fit ſiderās. ita etiā alie virt⁹ que nutritiua vocat mutat q̄n de nutriēte bm potētiā efficit nutriēs in effectu: ⁊ forte hoc nunqz eſt: quia i tlib⁹ vtutib⁹ ſupi⁹ ꝺixim⁹ aiam magis fore actū bm quā pmū: ⁊ poti⁹ aſſilari vigilie qz ſomno. forte ei ſp nutrit: ⁊ ſi nō ſp nutrimētū ab extriſeco q̄rat: ga ſp alig d agit circa nutrimētū: aut diſſoluēdo: aut alterādo: aut attrahēdo: aut vniēdo mēbris. Jn determinando aūt iſtā qōem magnā habet ꝺiam: vtrū nutrimētū ſit qđ vltio ē q̄n vnit mēbris aut qđ pmo q̄rit vt nutriat anteqz alteret ⁊ aſſilet aut vtrūqz: q̄n ſi ↄſiderem⁹ nutrimētū bz actū: h ē ꝙ pōt pficere nutrimētū opatiōem p hoc ꝙ mouet ad mēbra ⁊ vnit mēbris: ſine dubio tūc id qđ aſſilatū ē mēbris eſt nutrimētū. Si aūt nutrimētū accipiat bz potentiā: q. ſ. pōt p ſuā ſbam fieri nutrimētū tūc nutrit ↄtrariū cōtrario: ⁊ ſō nō coctū adhuc ē ↄtrariū: coctū aūt ſimile: ⁊ ita vtrūqz ꝓdictoz ↄtingit ꝺicere: ⁊ ꝙ ↄtrariū ↄtrario: ⁊ ꝙ ſimile ſimili alit. ⁊ ideo manifeſtuz eſt ꝙ vtriqz quodāmodo recte ⁊ nō recte ꝺicūt. Q̄m autē ſicut ſupra oſtendim⁹: nihil alitur ꝓpe quod non habet aiam: oz aiatuz eſſe corp⁹ qđ alit: ⁊ aime potētia in alimentuz agere: ⁊ non virtute elementali ſimplici.

Alimẽtũ igit aiati corpis p se est ⁊ non ſm accñs. vtutib⁹ aũt elalib⁹ nõ attribuit nisi p accñs: h ẽ inquãtũ sunt instrumẽta anime: ⁊ sic qualitates elales sunt concause ⁊ non cause alimẽti: sicut supra ostendimus.

Capitulum sextum de officijs nutritiue ⁊ augmentatiue.

His autẽ habitis de alimẽto: de ipsis potẽtijs ẽ determinãdũ. Est ãt potentia nutritiua que de nutrimẽto restaurat depditũ in corpe aiato vt saluet in esse diuino. Augmẽtatiua autẽ est illa que de nutrimẽto addit quãtitati mẽbrorũ vt ad debitã longitudinẽ ⁊ quãtitatẽ deducãt. ⁊ ex hoc accipit q licet idẽ ſm sit alimẽto ⁊ augmẽtatiuo: hoc est ei quod auget: tamẽ esse corũ ſm rõem diffinitiuã est alterũ ⁊ alterũ. Alias tum eni ſm q quãtũ est alimẽtũ augmẽtatiũ querit: sed nõ nutrit nisi ſm qõ est h aliquid: ⁊ ſba potens recipe formã mẽbrorũ ⁊ ſbam. Nutrimẽtũ eni nõ saluat nisi ſbam: ⁊ ideo q̃z diu põt nutriri: tam diu saluat in indiuiduo. Sed augmẽtatiua nõ agit p totam vitam: ⁊ ideo ipa non est salnatiua ſbe: sed potiꝰ pfectiua quãtitatis. Et sunt q̃mor differẽtie iter nutritiuã ⁊ augmẽtatiuã: q̃rũ vna est ⁊ p̃cipalis: q nutritiua non accipit alimẽtũ nisi inquãtũ ẽ potẽtia ſba mẽbrorũ: ⁊ nõ curat de q̃ztitate. Augmẽtatiua aũt accipit ipm inquãtũ potẽtia addit quantitati mẽbrorũ inquãtũ mẽbrorũ quãtitas extẽdit ipso addito mẽbris. Secũda aũt ẽ: q nutritiua addit ſbam cibi ſbe mẽbrorũ eq̃lem ſm tres corpis diametros: longitudinis: ⁊ latitudinis: ⁊ pfunditatis: in oib⁹ bis eq̃r pditũ restaurãs. augmẽtatiua aũt p̃cipue addit lõgitudini: ⁊ lõ indiget q calor su⁹ sit fortior ⁊ mẽbra in qb⁹ est sunt mollia q̃ extẽdi possint. h aũt sic pbat. lõgitudo eni nõ fit maior nisi ossib⁹ extẽsis: ⁊ h dura sunt: ⁊ nõ nisi forti calore faciẽte discurrere nutrimẽtũ p ipa fieri põt. Sil'r aũt nõ fit extẽsio sicci indurati: sed potiꝰ ei⁹ qõ ẽ humidũ flexibile: ⁊ lõ nõ fit augmentũ nisi in iuuẽtute anteq̃z aduenit siccitas nimia q̃ pbibet extẽsiõez ⁊ h ẽ cãz vna q̃re non semp augẽt corpa: sz semp nutriũt. Nutritiua eni sz ſm oẽm dimẽsionẽ vt diximꝰ nutriat: tñ ſm latitudinẽ maxie nutrit: q: ad illi⁹ incremẽtũ nõ exigit nisi assimilatio nutrimẽti ⁊ additio: ⁊ ñ extẽsio in ampliorẽ q̃ztitatẽ nisi q̃ztũ extẽdit i addito: ⁊ h frequẽter fit in solis mẽbris mollib⁹ q̃ sunt caro ⁊ hmõi pter h q ossa extendant: ⁊ hoc fit calore debili magis q̃z forti. Tertia dria ẽ: q nutritiua ebetioꝛi vt dictũ ẽ instrõ opaꝛ: augmẽtatiua autem acutioꝛi. Cũ eni calor nãlis vtriusq̃z sit instrm: ebes calor ẽ q solũ ꝺuertit nutrimẽtũ: ⁊ assimilat. Acutꝰ autẽ q facit ipm discurrere p mẽbra dura q̃ mollificat infundẽdo ea acuto hũore nutrimẽtali: ⁊ tũc extẽdit ea. ⁊ cã huiꝰ est q: cũ q̃libet vtꝰ plꝰ possit in mã ppa q̃z aliena ebetaꝛ calor: q̃to plꝰ de aliena mã ingerit. Ad vt meliꝰ itelligaꝛ oz scire q ꝺupliciter hũido idigz oẽ qõ nutrit. vnũ qdẽ ẽ sealeꝛ: qõ ẽ aliqd ſbe seis: ⁊ illd ẽ ppriũ ſm caloris nãl. Aliud aũt ẽ nutrimẽtale qõ accipit de nutrimẽto qõ sp retinet aliqd de nã cibi ⁊ lõ sp aliqd bz de exneo: pp qõ non adeo efficaꝛ ẽ in eo calor nãlis: sic in p̃mo hũido ⁊ q̃to plꝰ ingerit de nutrimentali hũido qõ addit radicali sine sealiꝛ: ex quo formãt mẽbra radicalia ⁊ qõ ẽ infusuz eis: tãto plꝰ inspissant ⁊ indurant: ⁊ calor plꝰ in eo debilitaꝛ: ⁊ lõ calor q p̃mo fec̃ onas opões alimẽti. s. ⁊ extẽsiõis: tãdẽ pp sui debilitatẽ ⁊ mẽbrorũ ouritiã nõ põt pficere nisi vnã que ẽ nutrire: ⁊ lõ tũc stat augmẽtũ. Est autez circa hoc adh notãdũ q tẽpꝰ incremẽti etiã ſm galienũ ⁊ auicẽnã ẽ tẽpꝰ etatis puerilis q sunt calidi ⁊ hũidi pp vicinitatẽ quã hñt ad suã originẽ q̃ est ex calido ⁊ hu. Hũidũ aũt ⁊ calidũ simlꝫ ꝺiũcta faciũt diffusionẽ ⁊ extẽsionẽ. pcedẽte aũt tpe exsiccaꝛ paulati humidũ in tpe iuuẽtutis ⁊ indurãt mẽbra: ⁊ licet acutꝰ in iuuenib⁹ sit calidũ: tamẽ nõ est maius in iuuenib⁹ q̃z in pueris. Et de h oat exẽplũ cõueniẽs galien⁹: quia si aliq̃ caliditas determinate virtutis penetrat in aquã: ⁊ eadem in essentia caliditas penetrat in materiam siccam: acutioꝛ erit caliditas: q̃z in humido sed non maioꝛ. Et sic est de caloꝛe pueroꝛũ ⁊ iuuenũ qui equalis est licet acutioꝛ sit in iuuenibus q̃z in pueris.

ꝛ ideo in pueris plus de cremēto operatur ꝓpter molliciem membrorū: ꝛ in iuenib⁹ minus ꝓpter eorūdem duriciē: licꝫ calor sit equalis: ꝛ hui⁹ signū est ꝙ pueri circa septimum annū vt in plurib⁹ plusq̄ dimidiū p ficiūt sue quātitatis. Hec igit est tertia differentia. Quarta autē est penes finē vtriusq̄ accepta: quia anima sicut ꝛ natura nō est infinite ꝛ indeterminate intentiōis: ꝛ iō habita debita quātitate in qua exercere potest suas operatōes: nō auget vltra augmētatiua anima: etiā si posset bene vltra augere. quia nō abundat supfluis natura: sic etiā nō deficit in necessarijs. finis aūt nutritiue est saluare indiuiduū p depditi restaurationem: ꝛ h̄ necessariū est in toto tempore: ꝛ iō p totā ꝓiodū cōtinue opat. Reliqua autez que de augmēto ꝛ nutrimēto dicēda sunt i ꝓmo de generatōe ꝛ corruptiōe requirātur.

Cap. vij. de officijs virtutis generatiue.

IDem autē nutrimentū p virtutē generatiuā est factiū generatōnis: nō tamē generat id quod alit: sed poti⁹ generat id quod est vt id quod alit in specie: cui⁹ ꝓbatio est: quia nihil generat seipm. oporteret eni ꝙ idez esset ꝛ non esset simł. Omne eni generās actu est: id autē quod generat actu nō est ens: esset igit idē ꝛ non esset h̄m sbam: ꝛ ideo sicut alimēto ꝛ augmēto aliud ꝛ aliud est esse h̄m idē sbm: ita alimēto ꝛ generatiuo necessarium est aliud esse h̄m diffinitiuam rationem. Propter quod notā dū est nutritiuā saluare indiuiduū per distributōem nutrimēti ad mēbra: ꝛ qō supfluit membris: hoc sequestrat ad membra genitalia que trahūt ipm sicut vētosa trahit sanguinē. Mēbra autē seminaria sunt organū virtutis generatiue: sicut cerebrū est organū virtutis animalis: ꝛ cor virtutis vitalis: et virt⁹ generatiua sita in mēbris genitalibus imꝑmit in alimēto supfluo virtutē formatiuam: que i seminis viscositate retēta: q̄ndo fuerit in debito loco format semē in organicum corpus. sicut eni nutritiua cibo influit spēm membrorū p quā tendit ad membra ita genitalia influunt ei virtutē formatiuam qua formaf semen in membra corpis organici. ꝛ hoc quidē semē a toto corpe decidit ꝛ maxime a cerebro: ꝛ per spongiositatem membrorū attractatiua virtute testiculorum trahit ad vasa seminaria: ꝛ ibi informat predicta virtute. Et ideo virtus generatiua in veritate est duplex. Una quidē in generante que descindit semē attrahēdo: ꝛ hec opatur trib⁹: calore scilz qui spumosum facit semen vt spumosuz sit spiritu deferēte formatiuam virtutē: ꝛ hic spūs extēdit mēbra genitalia: ꝛ eodē calore ꝛsumit supfluū būidi seis vt efficiaf globosū ꝛ q̄si glāduloſuz ꝙ mag⁹ retinere possit virtutes sibi imꝑssas: ꝛ meli⁹ retineat figuras mēbroꝝ i se effigiatas. Opaf autē seipa virtus generatiua influendo virtutē formatiuā que est in semie: sicut arf est in artificiati materia: ꝛ opat bumido cibali: sicut materia etiā opaf: ꝛ opaf vētositate sicut instrumēto extēdēte mēbra genitalia ad actū coitus: ꝛ ejiciēdo semē a masculo in fe. ventositas eni ꝓpellit semen ad locū debitū. Alia autē virt⁹ generatiua ē in semine: que est virt⁹ formatiua: duo babēs instra: ꝛ duas mās: ꝛ duo opa. vnū quidez suoꝝ instroꝝ ē calor seis: qui triplici vtute ē informat⁹: quarū vnā hz a sba inquātuz ē calor: ꝛ ille ē virt⁹ solutiua aut dissolutiua et subtiliatiua et alteratiua seis. Secūda autē ē virt⁹ celestis: q̄ vtute opaf ad vitā ex potētia motōnis celi: sicut dixim⁹ in alijs locis. Tertia ē virt⁹ anime: cui⁹ ipe calor ē instrm vtute qua inducit formas organoꝝ phisici corpis potētia exercētis opa vite. Hz etiā spm infra spumā seis cōtētū p instro p quē vebit in oēs ptes semis suas vtutes. Duo aūt bumida sunt māe in quib⁹ boc opatur. vnū quidē ē quod ē in substātia seminū: et h̄ ēpncipale. Aliud aūt ē attractū vt addaf illi: h̄ ē bumidū sanguinis menstrui loco cuius infans querit cibum cum a matrice separaf: ꝛ h̄ bumidū est supplementū qō ad dif bumido seminali vt sufficiat formatōni membrorū. Duo autē opera sunt. vnū qdē membrorū formatio. alterū autē ē qō attribuit membris: sicut numer⁹ membrorum ꝛ ordo: ꝛ situs ꝛ asperitas ꝛ lenitas: ꝛ cetera huiusmodi que membris attribuuntur.

Hec igit sunt opa generatiue: z h quidem fit ex nutrimēto. Fuerūt aūt quidā cōtēdētes: nō ex nutrimēto: sed ex aliquo qđ actu est ps aiati fieri generatōez dicētes eā fieri ex carne: nō ex supfluo nutrimēti. Sz error eoz cōuincit quatuor rōibus. Quarū pma est: q caro vel aliud quod est pars corporis animati: non est potētia corp⁹ animatū: nisi pus a sua forma corrūpat. semē autē est potentia totū corpus. Secūda ratio est: q illd quod est actu pars nō decidit ab aiato: nisi cum magno dolore: semē autē separat cum delectatōe. Tertia ratio est: quia actu pars nō decidit a toto corpore: semē aūt decidit a toto corpore. Quarta ratio est: qa videm⁹ oculis nostris semina plantarū: neq lignū esse: neq folia: neq radicē: sed semina maturata: z videm⁹ semina animaliū nō eē carnē neq os: sed humorē album. falsum igit est quod dicūt: z ratiōib⁹ inductis z mltis alijs manifestat error eoz. Querūt autē isti qualiter tūc sit generatio vniuoca: vt ex planta planta: z ex homie homo. Sed ad hoc nos dicim⁹ q generatio dicit equiuoca vel vniuoca quātū ad generās pmū effectiue quod decidit a se semē. h eni dat vtutez formatiuā semini: z sic fit ex plāta planta: z ex homine homo: z sic de alijs. Ex oib⁹ autē pmissis cōstat q hmōi pncipiū qđ vocam⁹ aiam nutritiuā est ei⁹ quod pōt saluare seipm: z suscipe tale pncipiū secundū qđ est in tali dispōe. Ad h eni habet eaz vt saluet in aliquib⁹ suis dispōnibus: licet in omnib⁹ saluari nō possit: quia in quibusdā continue mutat. Alia aūt sunt que nō indigēt tali pncipio: eo q in omnib⁹ suis dispōnib⁹ semp vno modo cōseruāt: sicut corpora celestia: z ideo illa hūt alias virtutes q̄z mortalia. Non eni indigēt nutritiua z augmentatiua z generatiua: quēadmodū diximus in alijs.

Cap. octauū est: digressio declarans quatuor virtutes materiales dictis tribus virtutibus deseruientes.

Oportet aūt scire q cū vnū z idem sit sbm circa qđ dicte vtutes tres opant

Habēt tamē in hoc ipo virtutes multas sb seruiētes sibi: quarū tamē mltitudo ad quatuor est reducta: que sunt attractiua: digestiua: expulsiua: z ante has tres appetitiua. Appetitiua eni appetit cibū appetitu naturali: qui est anime vegetabilis vtus. Appetit autē ex vacuitate repletis nutrimenti z ex defectu qui puenit ex dissolutiōe dpditi a sba vegetabilis. hic tamē appetit⁹ cuz sensu est in his que habēt aiam sensibilē et vegetabilē: z vocat fames z sitis: z puenit ex sensu euacuatōis. Attractiua aūt in plātis quidē est ex calido quod est in radice z ceteris partibus plante: cui⁹ vtute ē succio humidi nutriētis quod tāgit radices plātarum. In animalib⁹ autē est per motū villorum: qui sunt circa longitudinē in stomacho z intestinis aliū. Sed digestio est ex ppo z nāli calore digerēte: z sepante purum ab impuro: z terminate ipm ad spēm ei⁹ quod nutrit inquātū est instrm aie. Scias tamen trib⁹ pcipue iuuari attractōem. s. sili'mdine: vacuitate z calore. similitudine quidē sicut magnes attrahit ferrū: z h fit in aia vegetabili quādo cib⁹ accipit mēbri similitudinē: z per illā mouet ad ipm: sicut supi⁹ diximus. Vacuitate aūt qñ mēbra vacua sunt z pori mēbroz ppter multā factā in eis dpditionē z ꝛsumptōem. Calore aūt trahēte: q calor nālis sugit cibū: sicut ignis sugit oleum in lampade: z hi tres modi perficiūt attractionem in omni habēte nutritiuā virtutem aut potentiā. In animalibus autem insuper sunt villi per longitudinē stomachi: et quorundam intestinorum ordinati: qui motu suo ingerunt z attrahunt cibum in locuz digestionis vt ibi digeratur. Retentiua autem operatur adhuc: vt cibus ita diu stet in loco vno donec debitam accipiat alterationem. Et hoc quidem generaliter iuuatur tribus: et quartum specialiter habet in animalibus perfectis. Primum autem trium est dissimilitudo quam habet ad membra: et partes diuersas eius quod nutritur. per illam enim impeditur nutritio ad partes nutriti. Secundum autem iuuans est siccitas retinentis: cuius actus in tenendo confortatur ipsa siccitate.

Et tertiū ē frigiditas: licet frigiditas ad illud opet̄ p accidēs ⁊ nō p se. p accidēs aūt dico frigiditatē opari: quia frigiditas tenet id quod est nutriēs in essentia sua ⁊ figura: ne calore dissoluat̄ ⁊ euanescat virt⁹ eius eo modo quo etiā cōseruat aliquādo a putredine. p se aūt nō opat̄ frigiditas ad aliq̄ opera vite: sed pot⁹ impedit eo q̄ est qualitas mortificatiua. Jd aūt qō spāl̄ bz i aialib⁹ pfectioribꝫ sunt villi ex trāsuerso in intestinis ⁊ stomacho positi: qui compm̄endo retinēt cibum ne de loco moueat̄. Digestiua autē vt dixim⁹ i omnib⁹ iuuat̄ calido ⁊ humido: eo q̄ calidū alterat ⁊ terminat. Humidꝫ autē facile influit membrīs: ⁊ recipit eorum formas ⁊ figuras. Habet tamē tres opatōnes: h̄ est alteratōem cibi ex qualitatib⁹ cōtraiacētib⁹ vt dixim⁹ in quarto methaurorū: ⁊ maturatōem que est p eductōem humidi supflui: ⁊ h̄ qdē a quibusdā vocat̄ digestio: que fit per assimilatiōem nutrimēti ad mēbra: ꝓpter quod etiā quatuor digestiōes eē dicunt̄. Quarū vna fit statim in ore. Superficies eim oris cōtinua est stomacho: ⁊ opat̄ in cibū alteratōem. ⁊ hoc patet: quia triticū masticatū a masticatōe accipit virtutē maturationū apostematū: quā nō habet otusum Et alia est in stomacho vbi grossum a subtili separat̄: ⁊ h̄ a quibusdā vocat̄ p̄ma tunica: cum illa quā dixim⁹ fieri in ore. ⁊ hec est vera sentētia: qm̄ p̄ma digestio i ore incipit: ⁊ in stomacho pficit̄. Secūda autē est in epate vbi massa que vocat̄ ytissanaria h̄ est succ⁹ de cibo eliquatus trahit̄ p venas que messaroite dicunt̄ ad epar: ⁊ ibi rubeū sanguinis accipit colorē: ⁊ dirigit̄ ad venas: et in extremitatib⁹ illarū tertiā accipit digestiones: ⁊ in albedinē mutat̄: ⁊ separat̄ ab eo nimia aquositas que est in ipo p collatoria ytine quibusdā in aialib⁹ que ytinā habent In alys autē que nō habēt remanet cum fece stercoruz immixta. Et quarta digestio fit in singulis mēbris ad ꝓpam similitudinem membrorū. In plātis autē quia terrestres sunt nō est stomach⁹: sed est eis terra p stomacho: quia in terra sub radicib⁹ eliquat̄ humidū p̄mixtū: ⁊ subtile quidem sugūt radices: ⁊ grossum dimittūt: ⁊ ideo ventre nō indigēt. Expulsiua autē expellit qō supfluū est: siue sit purū siue impurū. Et iuuat̄ in hoc opere multis: sed p̄cipue quatuor sunt que eam iuuāt. Juuat enī caliditas vias p quas fit expulsio: aperiēdo ⁊ acuendo id quod expellēduz est. Juuat etiā humiditas aliquādo vias per quas fit expulsio lubricādo ⁊ mobilitatē ei quod expellē dum est cōferēdo. Juuat etiā frigiditas p accidēs ventositatē que est in eicienda supfluitate: cōtinēdo ne euaporet ⁊ etiā ingrossando que cum fortis est cum magno impetu eiicit supfluū. Juuāt etiā frigiditas ⁊ siccitas p quas ei debet cōtrabēdo: ⁊ tūc quasi exp̄mēdo expellit̄ supfluū. Similr̄ autez caliditas incidit viscositatē ⁊ separat: ⁊ tūc facili⁹ educit̄. In omnib⁹ autē his virtutib⁹ est manifestū qm̄ frigiditas nō iuuat nisi p accidēs. ⁊ hoc ideo fit: quia virtutes iste p̄cipue motu pficiunt̄: ⁊ quedā sunt opa vite: frigiditas ⁊ imobilitat ⁊ mortificat. Hec autē quatuor virtutes naturales vocant̄ eo q̄ vt natura per instrā corpalia operantur. Scias autē q̄ in his omnib⁹ semp virtutis instrm ⁊ vehiculū est spūs: ⁊ frigiditas spiritū a motu suo impellit vl̄ impedit: ⁊ ideo ad opa vtutū p se officit: sed pficit p accns

Capitulū nonū de cōparatōe triū vtutū anime vegetabilis adinuicē ⁊ ad seipsam animam vegetabilem.

Quoniā autē tria sunt necessaria. scilz quod alit̄: ⁊ quo alit̄: ⁊ alēs effectiue Alens quidē p̄mū ⁊ cui essentialis est act⁹ alendi est anima vegetabilis per nutritiuā. Quod vero alitur est corpus quod habet animā ⁊ non aliud: sicut ostendim⁹ superi⁹ quo vero materialiter alitur est alimētum. Et in his est aduertere q̄ virtus nutritiua est deseruiens augmētatiue et generatiue: quoniā vtriqz per dictas quatuor virtutes preparat materiā. Nutritiua enim separat quod est superfluum nutrimēto: ⁊ expellit ipsum ad membra generatōnis: vt in virtute formatiua sigilletur. Augmētatiua autez deseruit generatiue generās in quātitate et figura perficiēdo vt generare possit. ⁊ ideo

constat finem in bis virtutibus esse generatiuam. A fine autem qui est quo res est id quod est ḃ est a forma: omne quod nomen accipit debet denominari. finis autem ē generare alterum vt ipsum vtiqz tunc erit principale in anima vegetatiua generare alterz vt ipsum: ideo in vegetabilibus id quod ē ſbalis forma absqz dubio est generatiua.

Et ideo corpus ḃm omnem partem informat vbi anima vegetabilis est tota perfectio corporis animati sicut in plantis ꝛ i eis est varia generatio quia vbiqz planta generat ramos ꝛ virgas ꝛ folia ꝛ fructus ꝛ semina ꝛ vbicunqz abscidatur conualescit vtraqz pars ipsius. Sicut enim tactus in anima sensibili est sensus particularis ꝛ forma ſbstantialis eius quod habet sensus ꝛ ideo ipsum brutum vbiqz determinat: ita de generatiua est in plantis: ꝓpter quod ēt nonnull' videbatur nutritiuam: ꝛ augmentatiuā eādem virtutem esse: sed primo cum fortis calor ꝛ mollia membra habere operationes dñas: cum autem calor debilior est ꝛ duriora ꝛ sicciora membra tunc retinere tantū operatōe vnam licet non veram causam dicant. Quoniam etiam si ponatur non bebetari calor: ꝛ non indurari corpus nihilominꝰ stabit tamen augmentatiua in termino ḃm naturam vt supra diximus. Qualitercunqz autem dicatur constat qꝫ in bis generatiua est finis: ꝛ ideo inter bas tres vires que super nutrimentum operantur: prima naturaliter est nutritiua ꝛ secunda augmentatiua sicut ſbstantia est ante quantitatem: ꝛ illa q̄ finis est generatiua que non seruat esse ḃm materiam ꝛ individuum: sed esse diuinum in specie attingit ꝓpter quod agitur qcqd agitur ḃm naturam. Oportet autem scire qꝫ anima vegetabilis est que vnit in se istas vires que quidem specie differunt ḃm qꝫ ꝛ vegetabilia differant. Est enim vna palmifica ꝛ altera oliuifica ꝛ sic de alijs. ꝛ actus illius anime est vita sicut diximus superius. Est autem adhuc sciendum qꝫ si compatio fiat anime vegetabilis ad sēſibilē ꝛ rōnalē tñc vires anime vegetabilis dicuntur naturales eo qꝫ non nisi per instrumenta primoꝝ corporum naturalium operantur ꝛ ad naturaz in individuo vel in specie ꝛseruandaz sicut patet ex dictis tamen est perfectio organici corporis sicut ꝛ alie: ꝛ ideo licet nutritiua sit diffusa i toto corpe ꝓpter ḃ qꝫ vbiqz saluat i diuiduū ꝛ similiter augmentatia: eo qꝫ omibus diametris ꝛ precipue longitudini principaliter addit ꝛ generatiua i plantis tamē in animalibus pfectissimus be vtutes sedes babent determinatas a quibus influūt suas opationes in corpus ꝛ sedes quidem nutritiue precipue est epar cuz calore suo alterans ꝛ ad membra dirigens cibum. Sedes autem generatiue est in testiculis masculorum ꝛ feminarum. Sicut autem dirꝰ qꝫ nihil nutrit ꝓprie nisi quod est animatū ita etiam nihil generat ꝓprie ad spēi salutē nisi quod est animatum. Generare aūt ad saluandū se in spē est generare ex eo qđ discinditur a seipso ꝛ cui a seipso influitur vt⁹ conuertens id in simile ḃm speciem: ꝛ sic non generāt inaiata: sed potius p actiones suas generāt formas suas in mā aliena: cuiꝰ causa est quia talia inaiata non bñt aliquid quod potentia sit totuz sed quicqd corporis ipsorum est boc est actu pars ꝛ nō potentia totum. ex eo autem qꝫ est actu pars ꝛ non potentia totum fieri generatio nullatenꝰ pōt sicut diximꝰ supius.

Capitulum decimum de duplici motore nutrimenti.

Est autem quo alitur dupl'r: sicut ꝛ quo gubernatur. quo.n. gubernat est mouens imobile ꝛ bec est manus vel virtus que est in manu. tbemon autem sine gubernaculum est quo gubernat sicut mouente ꝛ moto eo qꝫ est instrumētuz gubernandi ꝛ ḃ iō est quia omne alimentū est necessarium vt possit decoqui ꝛ iō oportet esse calorem decoquentem ꝛ tunc calor effectiue alit vt mouens motuz ꝛ potentia anime est vt mouens tñ. Si autem quispiam obijciat qꝫ mouens corporeum quod ē monēs motuz nō optet añ se babere aliō mouens immobile motu locali tñ sicut oñ sum est in octauo ꝛbicorum in alteratiōe āt non est necesse qꝫ corpus alterans babeat

ante se aliud mouens ipsum t sic dicat dic non oportere esse mouentem animam ante calorem. dom q necessarium est in motib⁹ vite sed in motibus alijs naturalibus non est necessarium. necessitas autem explana ta est superius vbi ostendimus q ⁊tus ele mentalis sufficienter ad nutrimentuz mo uere non potest. Sic igitur figuraliter siue superficialiter quid sit alimentum dictum est certificandum autem erit de ipso in ꝓprijs rationibus de nutrimento. nutrimenti enim ratio plene nō determinatur ex vnius libri principijs quoniam de motu ipso nutrimē ti t augmenti t generationis que sunt de nu trimento iam determinauimus in libris de generatione t corruptione t de modo deco ctionis in quarto metheauroꝝ. hoc iam antē de motoribus vniuersalibus de ꝓprijs aūt motorib⁹ quo ad singula animalia quo ad singula membra in scientia de plantis t de animalibus erit manifestum: de ipso autem nu trimento dicendum erit in libello quem fa ciemus de nutrimento deo volente.

Tractatus tertij⁹ secundi libri de anima de sensibus

Capitulū primū in quo genere potentie sit potentia sensitiua.

